

## Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per  
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,  
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia  
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1719**

Cap. VII. De irritatione, destitutione, ruptione, revocatione ac mutatione  
testamenti aliarumque voluntatum ultimatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](#)

## CAPUT VII.

## De irritatione, destituzione, ruptione, revocatione ac mutatione testamenti aliarumque ultimorum voluntatum.

*Quæst. 750. Quid sit testamentum irritari, quomodo irritetur, & num postmodum reviviscat.*

1. Esp. Ad primum: irritari testamentum propriè, & in rigore juris accepto hoc nomine (dum etiam alias destituzione, ruptione, revocatione, mutatione testamenta tñ facta reddantur irrita seu nulla) dicitur, dum quod ab initio undequaque, tum ob testatoris personam, tum ob observatas in eo solennitates & necessariò ad ejus confectionem requisita validum fuit, ex post pure ob statum testatoris mutantur & redditur nullum ipso jure, quoties enim actus ad eum statum pervenit, à quo initium sumere non potuit, toties est vitiosus. *Novell. 22.c.* 29. valente hac regula, saltem in actibus pendentibus & tractum temporis desiderantibus (uti confectione testamenti civilem integratatem testatoris utrumque tempore, tam facti testamento, quam mortis desiderat) eti non in transeuntibus & plenè perfectis. *Muller. in ff. de injust. rupt. testam. tb. 44. cum Stryck. ad §. 1. Inst. quib. mod. testam. infirm.* Patitur autem testator mutationem statutis quavis capitis diminutione. pr. *Inst. de cap. diminut.* estque hac diminutio triple; nimur maxima, dum quis libertatem amittit, & efficit servus. media, dum quis civitatem seu jura civitatis amittit. minima, dum quis arrogandum se tradit alteri, pro ut amplius explicatur. §. 1. 3. 4. *Inst. cod.* De cætero propter alia supervenientia impedimenta facti, quæ alias testamenti factiem impedivissent, illud conditum non confirmatur. sic si testator sanæ mentis, dum conderet testamentum, & post evaderet furiosus: vel sani corporis sit mutus & surdus; vel priùs bene administrans res suas, declararetur prodigus, testamenta illorum remanent valida. *L. 6. §. surdus. L. 18. ff. qui testam. fac. poss.* *Muller. L.c. th. 46.*

2. R. Ad secundum: recuperato pristino statu, testamentum ob dictum impeditamentum juris supervenientis irritatum ob maximam vel minorem capitis diminutionem, sine ullo facto seu ulteriore voluntatis testatoris declaratione reviviscit, modò mortis tempore testator habilis fuerit ad condendum testamentum; non quidem stricto seu jure civili (cùm quod eo jure semel infirmum & invalidum non constescat) sed de jure benigniore seu prætorio. *L. 12. §. 17. ff. de injust. rupt. irr. fact. testam.* *Muller. ibid. tb. 45. Harpt. ad §. 4. Inst. quib. mod. testam. infirm.* contra Brunem. ad *L. 6. ff. de injust. rupt. & alios*, qui censent nostris moribus & juxta praxim & consuetudinem, de cuius universalitate dubitant alii, testamentum non irritari capitis diminutione; èo quòd damnatio bona & libertas non admittatur, adeòque de iis adhuc testari possint. Dixi: irritatum ob maximam vel minorem seu medium diminutionem capitis: nam si irritatum ob minimam diminutionem, testamentum, non aliter vires recipit, quam si constet testatore voluisse prius testamentum va-

*R. P. Lœw. Jur. Can. Lib. III.*

lere; adeòque requiritur hujus voluntatis declaratio sufficiens ad hoc expressione per codicillos juxta *L. 11. §. fin. de bonor. possess. secund. tab.* *Stru. inf. de injust. rupt. tb. 48. lit. B.* & y. qui etiam hujus differentia rationem hanc subdit: quòd, qui arrogandum se dat, cum capite fortunas quoque suas in familiam & domum alienam transferat voluntariò, & sic tacitè renunciet priori testamento; qui vero fit servus vel deportatur, contra vel præter voluntatem suam fortunas amittat.

*Quæst. 751. Quid sit testamentum destitui, & qualiter fiat hæc destitutione, & quis ejus effectus.*

1. R Esp. Ad primum: destitui dicitur testamentum, quando eti in eo institutus hæres, nullus tamen ex eo hæres exsistit. Arg. *L. 73. ff. ad leg. falciad.* Fit autem, èo quòd hæres in eo institutus vel non vult esse hæres, sed hæreditatem repudiatur; vel ab ea abstinet; vel quia non potest. §. 2. *Inst. eod.* Ubi tamen hæres institutus hæreditatem non repudiatur, decadat intra annum concessum ad deliberandum, eandem transferat ad hæredes suos juxta *L. 19. c. de jur. deliberandi*, verum de hoc supra fuisse.

2. Resp. Ad secundum: effectus hujus destitutionis est, quòd jus omne ex testamento aliis competens. v.g. substitutio pupillaris, exhæredatio, datione tutoris, codicilli fideicommissum universale, legata, fideicomissa particularia cesset, deferaturque hæreditas hæredibus ab intestato venientibus, licet in eo testamento exhæredati. Lauterb. *in ff. de injust. rupt. irr. §. 26.* singula stabiliens. quod tamen quòd ad legata variè ab eodem. §. 27. limitatur; ut illa valeant, si illa ab intestato venientes præstare rogati sint. *L. 29. c. de fideicom. & ibi. Brunem.* si testamento destruito adjecta clausula salutaris: *omni meliore modo: vel codicillaris: & hæredes legitimæ hæreditatem adeant.* *Carpz. p. 3. c. 2. def. 21.* Gail. *L. 2. obs. 134. n. 5.* si legata sint ad pias causas. *Carpz. p. 3. c. 4. d. 28. n. 8.* si hæres scriptus in fraudem legatariorum non adiit ex testamento. si Fiscus nemine adeunte bona occupavit. *L. 96. ff. de legat.* 1. si legata relicta in testamento militis. *L. 4. ff. de testam. milit.*

*Quæst. 752. Quid sit testamentum rumpi, & qualiter id fiat.*

1. R Esp. Primò: testamentum rumpi dicitur, dum testatore manente in eodem statu, ipsius testamenti jus vitiatur, pro ut dicitur. pr. *Inst. quib. mod. testam. rumpat.* supponit hæc ruptio testamen- tum ab initio fuisse validum seu justum, hoc est, jure factum, nimur in quo omnia juris solennia servata. Estque distinctum à rescissione testamen- ti, quæ fit officio Judicis per querelan inofficio, quæ potius est declaratio nullitatis; quia nullum est ab initio ex præteritione hæredum existentium tempore confecti testamenti.

2. Resp. Secundò: contingit hæc ruptio modo dupli-

Y y

duplici-

duplici: nimis agnatione sui hæredis & mutatione voluntatis testatoris, agnatione rumpitur, dum post factum testamentum aliquis testatori efficitur seu existit sius hæres, qui neque in testamento est institutus, neque legitime ex hæredatus. L. 3. §. 1. & 3. ff. §. 1. *Infl. de injus. rupt.* Lauterb. *ibid.* §. 4. & ita quidem rumpitur, ut nec virtute clausu & codicillaris sustineatur. Gail. L. 2. *obs.* 11. 4. Fachin. L. 4. *controv. v.* 12. Besold. *in delib. jur. ad L.* 5. ff. 9. 19. Matthæi. *de success. d.* 3. *th.* 14. quos citat & sequitur. Muller. *inff. de injus. rupt.* *th.* 37. *lit. a.* Extenditque se hæc ruptio ex hoc capite etiam ad testamentum militis, nisi contraria fuerit ipsius voluntas per L. 7. 8. 9. *de testam. mut.* Muller. *l. c. cit.* L. 3. §. 1. Estque hæc agnatio duplex naturalis & civilis, naturalis est, dum post testamentum factum ex iustis seu legitimis nuptiis nascitur hæres sius, hoc est, qui in patria potestate est, & gradum tenet proximum, ut Lauterb. *l. c.* Ut hac agnatione rumpatur testamentum requiruntur sequentia. Primo, ut sit posthumus, seu post testamentum natus; licet enim alias in utero existens, quoties de ejus commodis agitur, pro iam nato habetur per L. 7. & 26. ff. *de stat. hom.* in hoc tamen casu illa fictionis locum non habet. Lauterb. §. 5. in ordine tamen ad hunc effectum natus intelligitur ex secto utero editus, per L. 12. ff. *de liber. & posth. hared.* Secundo, ut si natus vivus. L. 2. c. *ead.* & ubi non constat, an vivus, an mortuus sit editus, presumitur primum, si natus debito tempore & naturali modo; si hoc non, presumitur editus mortuus, ut etiam, si mater pesterlaborans peperit. Carpz. *q. F. p. 2. c. 17. def. 20.* De cetero huicruptioni obstat, si posthumus, et si vivus, nascatur tamen in sexto vel octavo mense; eo quod talis vivere non possit. Clar. §. *testamentum. q. 95. n. 3.* cum Socin. Jun. L. 2. *confil.* 35. n. 12. & seq. dicens hanc esse veram Juris conclusionem & sententiam communem, quod filius, qui natus quidem, naturaliter tamen vivere non potest, non rumpat testamentum. idemque dicens de alio parta immaturo, qui iudicio obstetricium vivere non potest, quod is habeatur pro non nato. unde etiam per illum non excludatur substitutus, nec deficiat conditio fideicommissariorum pro quo præter Socin. L. 2. *conf. 275. n. 2.* citat Cravet. *conf. 210. n. 5.* Parif. L. 2. *conf. 56. n. 2.* Non obstat tamen natus imperfecte, qualis dicitur qui totus vel perfecte uterum non egressus, modo non declinet in monstrum. *est. L. in fine.* quale non intelligitur, cui tantum præter naturam aliquid desit aut adsit, sed quod contra formam humani generis procreatum, v.g. caput vel corpus canis, porci, &c. habens. Lauterb. §. 7. Item non obstat, quod infans statim in obstetricis manibus mortuus sit, etiam voce non emissa, modo aliunde ex respiratione & corporis motu vixisse constet. Lauterb. §. 6. Neque obstat, quod patre mortuo sit natus, in quo casu requiritur, ut justo tempore, id est intra nonum vel decimum mensem à morte patris sit natus. nihilominus licet partus undecimi mensis regulariter pro sputio reputetur. *Novell. 39. c. 2.* non negligandam tamen considerationem qualitatis & famæ viduae, monet Lauterb. *cit. §. 7.* cum quandoque etiam partus duodecimi mensis legitimus pronunciatus sit teste Stryck. *de success. ab intestato. c. 2. a. 1. §. 12.* Atque ita hac agnatione testamentum ipso jure rumpitur, ubi tamen talis posthumus ante patrem decedit, et si stricto jure civili rumpatur testamentum; ex æquitate tamen prætoria sustinetur, admittendem hæredem in testamento scriptum. Stru. *inff. de injus. rupt.* *th.* 36. *lit. b.* Muller. *ibid.* Lauterb. *l. c.* Clar. §. *testament.*

9. 45. n. 2. Arg. L. 12. ff. *ead.* ex ea ratione; quod testamentum neque verè rumpit, neque vires seu effectum habuerit ante mortem testatoris; ita ut sat sit, illo tempore neminem extare, qui illud rumpat, contrarium tamen, nempe testamentum rumpi & rumpit remanere nativitate filii, et si decedat vivo pater, tenentibus Hahn. & Bachov, apud Muller. Rumpit ut cetero testamentum dicto modo in totum, tam quod ad institutionem, quam quod ad legata & reliqua capita. L. 1. c. *de posthum. hared.* quod tamen quod ad legata communiter à DD. hodie dum distinguunt Lauterb. §. 9. ita ut, si testator sciverit mulierem esse prægnantem, legata debeant prætari; fecus, si ignoraverit, pro quo citat Gail. L. 1. *obs.* 113. Carpz. L. 6. *respons.* 10. & 11. Eandem distinctionem adhibet. §. 10. circa clausula codicillarem respectu fideicommissorum: ita ut, si sciverit mulierem prægnantem, & nihilominus partum præterierit, clausula codicillaris testamento ob nativitatem posthumum rupto adjecta, operetur fideicommissum, & posthumus eo teneatur, & clausula illum effectum suum operetur, ut hæredes ab intestato venientes delatam hæreditatem detractâ Trebellianâ hæredibus scriptis tanquam fideicommissum restituere teneantur. L. 29. §. 1. ff. *qui testam. fac. poss.* fecus, si illam prægnantiam ignorans hæredes scriptos instituit; tunc enim rumpit testamentum, etiam ut dicti hæredes nec iure fideicommissi admittantur; quia fideicommissum sustinetur testatoris voluntate, qua in hoc casu deficit. ita ille.

4. Agnatio civilis contingit modis sequentibus. primo si post testamentum mortuo patre, nepos in locum sui hæredis vivo avo successor sit, quasi agnascendo testamentum, avi rumpit. Lauterb. §. 8. *juxta §. 1. Infl. de exhb. liber. & l. 2. ff. de injus. rupt.* Secundo si liberi naturales post testamentum factum per legitimationem patriæ potestati subjiciantur, sive efficiantur hæredes sui. *Novell. 896. c. 9. Novell. 12. c. fin.* Clar. §. *testamentum. q. 84.* unde etiam, ut Idem citatis pro hoc pluribus, quod si talis legitimatus fuerit præteritus, vel sine causa ex hæredatus possit dicere testamentum nullum, & habeat querelam. Tertio, si pater post factum testamentum sibi aliquem adoptavit in filium. §. 1. *Infl. quib. modis testam. infirm.* Lauterb. *l. c.* ubi tamen addit, quod licet id jure veteri procedebat in omnibus adoptionum speciebus; jure tamen novo distinguendum juxta L. 10. c. *de adopt.* hique quasi posthumus hac quasi agnascientia sui testamentum rumpit, si præteriti. §. 1. *de exhb. liber.*

*Quæst. 753. An & qualiter revocatione testatoris rumpatur ab eo factum testamentum?*

1. **R**esp. Primo: testamentum legitimè factum revocatione testatoris rumpit, & revocationem hanc ab eo semper ad mortem usque fieri posse validè & cum effectu, extra controversiam est; cum hæ revocabilitas quasi ad substantiam seu proprietates testamenti pertineat, ut de Lugo. *p. 2. def. & j. d. 24. n. 24.* sitque voluntas testatoris deambulatoria usque ad mortem illius juxta. L. 4. ff. *de adimpl. vel transfl. legat.* & ideo primùm per mortem illius confirmetur juxta Apostol. *ad Hebr. 9. v. 16.* ita etiam, ut nemo valide huic revocationi seu mutationi renunciare, sibi que legem, ut non liceat amplius à priore voluntate recedere, dicere possit, ut Lauterb. *inff. de injus. rupt.* *l. c.* per L. 5. c. ff. *de legat.* 1. *juncta L. 22. ff. de legat.* 3. quin & juxta Padill. Molin. Jurist. & Baldum, quos refert & sequitur, Sanch. *l. c. c. I. du.* 19, inveniti nequeat via, quā condi

condi possit testamentum irrevocabile, etiam ex facultate supremi Principis; cum ista revocabilitas sit de jure gentium, cui Princeps derogare non potest, cuius postrem contrarium verius docent Decius, Covar. & alii apud Sanch. Item Molin. Theol. d. 151. §. ult. Valq. c. 2. de testam. num. 2. & 6. de Lugo. l.c. num. 42. ex ea ratione; quia, quod quis pactum non possit se obligare ad non revocandum testamentum; oriatur praeceps ex lege civili, quia tale pactum redditur irritum, quia lege sublatum, non esset irritum lege naturae nec illicitum: jam vero dubium non sit, quin Princeps supremus hic & nunc sive in uno altero possit illam legis prohibitionem auferre, et si forte generaliter seu pro omnibus casibus sic disponendi seu testandi irrevocabiliter facultatem concedere non posset; eò quod talis concessio esset iniqua ob inconvenientia, quae inde bono publico consequentur. Unde & revocabilitas fundamentaliter sit de jure gentium, quatenus & ipsa ratio naturaliter dictat, generaliter & in universum lege prohiberi revocabilitatem testamenti seu concedi irrevocabilitatem. ita ferè de Lugo. l.c. ubi etiam ex Molin. quod lege communis statui possit, quod quoties testamentum factum in favorem filie unicae ad contrahendum matrimonium opulentum, dum spes aliorum liberorum non est, illud revocari non possit. De cetero, ubi testator sibi imposuit pœnam, v.g. promittendo heredi mille aureos, si revocet, id nullatenus obstaret libertati revocandi; cum irrita sit ista pœnae impositio obstante libertati testamenti. L. s. stipulatio. ff. de V.O. ut habet communis, quam sequuntur Sanch. c. 2. du. 18. Molin. d. 151. §. dubium est. Lugo. l.c. num. 37. Quin & pœnam non obligare, etiam si solutioni ipsius adjiceretur juramentum, docet Covar. in rubr. de testam. p. 2. n. 16. cui faver Sanch. in decalog. L. 1. d. 32. n. 21. contrarium tenentibus. Molin. l.c. §. ego non dubito. de Lugo. l.o. num. 38. eò quod vel sic detur promissario jus ex iustitia; cum tali juramento confirmetur promissio, quæ alijs ex lege civili irrita in ratione promissionis.

2. Resp. Secundò: de cetero huic ruptioni non obstat, quò minus ea valide fieri possit revocatione testatoris, quod testamentum adjectum ab eo juramentum de non revocando. ita habet communis Legistarum, tum Canonistarum, quam tenent Alex. in L. stipulatio. ff. de V.O. num. 5. Imol. inc. cùm contingat. de jurejur. num. 31. dicentes in hoc concordare omnes, item Clarus. §. testamentum. q. 94. citatis pluribus aliis. item de Lugo. l.c. n. 24. & 31. citans pro hac sententia. Sylv. Molin. Juristam. Tabien. Gutt. Covar. & calios. Contrarium tenentibus Host. Specul. Oldrad. Butr. P. Vasq. cuius sententiam in hoc puncto singularem refert & refutat de Lugo. à n. 28.

3. Resp. Tertiò: quò minus tamen licet revocari & ita rumpi possit testamentum, obstat juramentum de non revocando; contra quod si testamentum revocet, erit perjuratus. ita cum ferè communis & vera contra Baldum & plures Legistas tenent. Alex. L. 2. conf. 18. num. 2. Alciat. in c. cùm contingat. de jurejur. num. 78. Natta. in Auth. hoc internum. 83. quos citat & sequitur. Clar. l.c. n. 4. item Gomes. in L. 2. tauri. num. 99. Sylv. Covar. quos citat & sequitur. Vasq. c. 2. de testam. du. 3. n. 13. Molin. d. 151. §. contrarium sentent. Sanch. in decalog. l. 3. c. 13. Lugo. l.c. num. 25. juxta regulam communem & universalem: nempe omne juramentum, quod non vergit in prajudicium proximi & in dispendium salutis aeternæ, observandum

est, et si cadat super actibus legibus prohibitis. Sed neque legibus tale juramentum irritatur, quia actus, super quo cadit, jure naturæ est licitus, adeoque non contra bonos mores naturales, sed ad summum contra bonos civiles, quæ contrarietas peccatum non continet, & consequenter servandam. Ut id apud de Lugo confirmat ex eo, quod testamentum ad pias causas juramento confirmatum non possit irritari. Neque contra hæc objici potest, quod promissio etiam jurata, quæ majus bonum impedit, licet non servetur; adeoque quoties secundum testamentum est de meliore bono, vi illius prius juratum, quod est de minore bono, licet revocatur. nam falsum est hoc principium; siquidem propter jus acquisitum promissario per præmissionem non potest ea non servari, etiam faciendo, quod alias seclusa illa præmissione melius est de Lugo. l.c. num. 25. Neque, quod juramentum sequatur naturam actus, cui adiicitur, & ad plura non obliget, et si plus obliget ratione Religionis; adeoque additum testamento de se revocabili, non reddat illud irrevocabile, nam, ut de Lugo. num. 26. juramentum cadit quidem supra actum includendo eandem conditionem, quam is secundum se habet, quando juramentum non additur ad tollendam illam conditionem, uti contingit in præsente, dum additur testamento ad licitam ejus revocabilitatem, quam de se habet, tollendam, unde etiam, si testator addendo juramentum testamento, solùm intenderet illud confirmare relinquendo illud cum suis conditionibus, possit illud licet revocare; quemadmodum id ipsum hic notare solent AA. quod, si testator simpliciter juramento confirmavit testamentum, non tamen juravit se non revocaturum, sine omni perjurio licet & liberè possit illud revocare; eò quod tunc censetur solùm jurasse, hanc esse verè voluntatem suam; adeoque esse juramentum tantum asservatorium. Nihilominus tamen etiam, si jurasset se non revocaturum, & sic esset juramentum promissorium, adhuc eum revocare posse illud emergente ex post rationabili causa illud revocandi. v. g. ortis gravibus iniuriciis inter testatorem & hæredem, habet communis, Arg. sumpto ex c. 25. de jurejur. eò quod juramentum sicut & ceteri actus hanc tacitam continent conditionem: rebus sic stantibus.

4. De cetero notandum hic, quod habet de Lugo. sub num. 30. quod in hoc casu, dum testator validè sed illicite prius testamentum, quod se non revocaturum jurato promisit, revocavit instituendo alium hæredem in alio testamento, hic hæres secundus, et si validè institutus in secundo testamento valido non possit retinere ea bona, sed teneatur ea restituere hæredi primo ex ea ratione, quod is ex præmissione ea prima jurata jus sibi ad ea acquisiverit, & testator non solùm ex Religione, sed & ex iustitia teneatur præmissionem servare, & restituere omnia damna ex ea non servata secuta; adeoque ad idem teneatur hæres secundus, utpote representans testatorem defunctum, contra quem proinde ejusque successores hæres primus injuriam passus jus habet ad omnia damna inde sibi illata resarcenda; non possit autem ea omnia resarcire, nisi restituendo hæreditatem. Atque ita, ut apud de Lugo bene dicunt Molin. d. 131. §. Salvo autem, & Less. c. 19. du. 8. num. 98. quos etiam refert & sequitur Sanch. L. 3. in decalog. c. 12. num. 17. adhuc impleri debet primum testamentum, non quod primus hæres in eo institutus vi testameti succedat; sed quia secundus hæres satisfacere debet debitibus defuncti, & ita reddere bona hæreditatis primo hæredi, non quā

Yyy 2 hære-

hæredi, sed quæ promissario & creditori ex injuria illi illata. Ex quibus jam inter alia videri sequi ait de Lugo. num. 34. quod, si testator bona fide adeoque sine injuria revocavit prius testamentum condito secundo, hæres secundus in foro conscientia, aut etiam in foro externo, dum bona fides probari potest, compelli nequeat ad dandum aliquid primo hæredi; quia jam nulla injuria intercessit; adeoque nullum debitum defuncti, pro quo satisfacere debet hæres secundus. Cujus tamen contrarium esset, si testator ante mortem post secundum testamentum bonam fidem amitteret advertendo ad obligationem non revocandi primum testamentum; deberet enim tunc revocate secundum, ne morte sua illud confirmaretur, & sic primo hæredi fieret injuria, ad quam secundus hæres resarcendam tenetur adhuc. Verumtamen addit de Lugo, debitum secundi hæredi non videri fundari in sola injuria à testatore commissa, sed in ipsa promissione illius jurata; adeoque etiam bona fide revocasset prius testamentum, adhuc esset obligatus, & consequenter & hæres illius secundus primo hæredi restituere bona illa; quemadmodum qui promisit Petro equum, licet eum dein bona fide vendidisset & tradidisset paulo, adhuc videtur ex promissione teneri, saltem si potest, recuperare & redimere suum equum ab emptore, ut promissionem servet.

*Quæst. 754. An & qualiter verbis fieri possit mutatio seu revocatio testamenti.*

R Esp. Voluntate contraria verbis declarata revocari testamentum posse est communis. ut autem ea declaratio verbalis valeat, de jure communii non sufficit, eti si testator in judicio vel coram septem testibus ad hoc specialiter convocatis facta hisce expressis: nolo testamentum, quod feci, valere. revoco & annullo testamentum à me factum; quia volo intestatus decedere. §. 7. *Infl. quib. mod. testam. infirmetur.* Struv. *inff. de injus. rupt. tb. 42.* Muller. *ibid.* Lauterb. *in ff. eod. §. 13.* Fulgosus. *in L. sancimus. c. eod.* Fachin. *L. 4. controv. c. 8.* Clarus. *§. testam. 9. 91. num. 2.* Reiffenb. *b. t. n. 745.* contra Covar. *l. c. §. sexta conclusio.* Mantic. *de conject. ultimar. volunt. l. 2. tit. 14. num. 13.* quos pro contrario (saltem si dicat testator se mori velle intestatum) citat Reiffenb. Dixi de jure communii: nam jure speciali quorundam locorum sufficere revocationem verbalem fieri coram Notario & testibus, ut de terris Saxoniar. testatur Lauterb. vel coram Judice & quatuor honestis viris, ut de Jure Wurtenbergico dicit Idem. Quin & de jure communii civili DD. communiter excipiunt testamentum nuncupativum, quod sola voluntatis contraria declaratione rumpi allerunt. Arg. *L. 35. de R. 7.* Lauterb. citatis Wesenbec. Conan. Vinn. *ad §. 7. Infl. de injus. rupt.* de testamento militis etiam vindenda. *L. 15. §. 1. ff. de testam. milit.* Sed requiritur præterea lapsus decennii, sine quo revocatio verbalis est nulla, etiam 20, testes, & nescio, quæ non solemnis alia fuisse adhibita. §. 3. *Infl. quib. mod. testam. infirm. cit. L. Sancimus.* Alex. *ibid. num. 8.* Clar. *l. c. num. 3.* ubi etiam, quod lapsu decennii conjuncto cum revocatione sufficient tres testes. item Lauterb. & alii cum communione. Incipit vero hoc decennium currere, non à tempore verbis declarata voluntatis, ut volunt Menoch. & Wesenb. apud Lauterb. Sed à die conditi testamenti. Jason. *in L. sancimus. n. 15.* Alex. *l. 6.* Clarus. *l. c. n. 4.* Lauterb. *l. c. 8cc.*

*Quæst. 755. An & qualiter testam- tam revocetur & rumpatur factis, & in specie confectione alterius te- stamenti.*

1. R Esp. Primò: testamentum legitimè factum cum effectu revocari posse seu rumpi factis indubitatim est. quin & facta sic in aliis, sic & in negotio testamentario plus ponderis quam ipsa verba habent per L. 48. §. 3. *ff. de edil. edit.* & sic in specie revocationem seu mutationem testamenti prioris exerciti fieri posse per legitimam confectionem alterius seu secundi testamenti, extra controversiam quoque est, tanquam communis regula, ut inquit Decius. *conf. 264. n. 1.* apud Clar. *l. c. 9. 94.* per L. 27. c. *de testam.* & §. 2. *Infl. quib. mod. testam. infirm.* & sic primum per posterius ipso jure tollitur; cum nemo cum duobus testamentis contrariis decedere valeat.

2. Resp. Secundò: ampliando dictam regulam variè; ita ut revocatio illa & sublatio prioris testamenti per secundum fiat primò, etiam in posteriori testamento nulla facta fuisset mentio prioris. L. 27. c. *de testam.* cum novissima voluntas testatoris sit servanda. Lauterb. *in ff. de injus. rupt. §. 21.* quin etiam, si testator immemor prioris testamenti considerit secundum. Lauterb. §. 22. cum Carpz. p. 3. c. d. 39. Pistor. p. 1. q. 17. num. 3. Contrarium sentientibus Durant. *de aet. test.* & caut. ultim. vol. tit. 10. *caut. I. num. 2.* & 3. Faber. *in c. l. 6. tit. 5. def. 19.* Bardil. *de revocat. ult. vol. tb. 37.* Brunem. *adl. 22. ff. de legat.* 3. & alii apud Lauterb. ex earatione, quod alias locutus esse posset suspicione, posterius testamentum importunitis suggestionibus extortum. quamvis apud Eundem dicat Panhus. *de mut. ult. vol.* videri sibi absurdum ita constri gliberatem testandi. Illud tamen speciale, quod ut testamentum parentum inter liberos per posterius rumpatur, necessaria sit expressa mentio revocatoria prioris, prout cum communione Arg. *Novel. 107.* & Amb. *hoc jure de testam.* docent de Lugo. *Tom. 2. de J. & J. d. 24. num. 50.* item Graff. *receptar. sent. vol. I. q. 86. num. 5.* Tusch. *Lit. T. concl. 152. num. 22.* Mantic. *l. c. l. 6. tit. 2. num. 27.* quos citat & sequitur Muller. *in struv. ad ff. de injus. rupt. tb. 39. lit. b.* quamvis Struv. addat, Juri Romano magis congruere sententiam contrariam per *Novell. 106. 2.* Amb. *inter liber. c. de testam.* eo quod hoc testamentum ex legis dispositione, ut liberis magis prospiceatur, ceperat tacite continere clausulam derogatoriam ad cetera testamenta facta extra liberos, ut Muller. *l. c. Menoch. de presump. L. 4. pre- sump. 166. num. 39. & 62.* Adeoque jam etiam non sufficiat, testatorem in secundo testamento usum generali hac clausula: non obstante quocunque alio testamento, ut Graff. Mantic. Muller. *l. l. cit. Reusner. vol. 1. de testam. p. 4. num. 9.* Arg. *cit. Novel. 107.* utpote quæ uitius verbo *expressum.* quin &, ut magis adhuc indubitanter constet de mutata patris voluntate, aliqui requirunt, ut inferatur secundo testamento causa mutationis. Ubi tamen patet testamentum inter liberos mutare vellet, subtiliudo aliud inter eosdem sufficere minùs solennem declarationem mutata voluntatis (adeoque nec requiri videatur dicta expressa & specialis mentio derogatoria) modo constet, quenam fuerit ultima patris de bonis ejus dispositio, tradit Muller. cum citatis à se Bocer. *claf. 3. desp. 9. n. 13.* Stryck. *de jure test. inter liber. c. §. n. 9.*

3. Secundò valet revocatio prioris testamenti (intellige facti inter extraneos) etiam si priori inserta clausula derogatoria; nimis quod nolis illud revocare; vel, si revocaret, non valeret revocatio. Idem est, ut etiam si certum modum testator in priore testamento prescripsit servandum, is tamen in posteriore non servaretur, adhuc rumpetur prius. *L. 6. §. 2. ff. de jur. cod.* Lauterb. *l. c. ci-*  
*tans Carpz. p. 3. c. 5. d. 19.*

4. Tertiò, etiam si testamentum posterius non fortatur effectum, puta, quia haeres in eo institutus non adiit hereditatem, vel conditio de futuro, sub qua haeres institutus defecit, ut haberet clarus textus. *§. 2. Inst. quib. mod. testam. infirm.* Lauterb. *l. c.* ubi vero in priore defecit conditio de praeterito vel futuro, dici non potest rumpi per posterius; quia jam initio fuit invalidum.

5. Quartò rumpitur per posterius, etiam si hoc haeres institutus non ex alse, sed in re certa. Lauterb. *l. c. juxta expressum textum.* *§. 3. Inst. quib. mod. testam. infirm.*

6. Quintò, sive testamentum utrumque sit eiusdem generis, sive diversi; ita ut rumpatur prius scriptum per secundum nuncupativum & contra. *No-*  
*vell. 107. c. 2. §. 2. Inst. quib. mod.* Valsq. *de success.*  
*resol. §. 1. num. 28.* Stru. *l. c. lit. a.* Item sive prius sit factum publicè seu coram Principe, etiam Imperatore ejusque autoritate confirmatum; vel etiam ad acta, & posterius privatum. Covar. *ad rubr. de*  
*testam. p. 2. num. 2. & seq.* Clar. *§. testam. q. 94.*  
*num. 2.* cum Baldo, ut ait communiter recepto. in  
*L. omnium. c. de testam. num. 3.* Carpz. *p. 3. c. 3.*  
*d. 42.* Reisenf. *b. t. num. 759.* Vel etiam prius sit magis solenne præ secundo, v.g. factum ad pias causas coram septem testibus præ facto ad pias causas coram duobus testibus; quia major talis solennitas habet se per accidens ad tale testamento. Lugo. *l. c. d. 24. num. 26.* Idem est sive prius sit aliter privilegiatum, & hinc carens aliquibus solennitatibus ad non privilegiatum requisitis. v.g. ad pias causas, tempore pestis, factum à rustico, milite, & posterius solenne seu adhibitus omnibus solennitatibus ordinariis, & contra, ita ut unum per aliud rumpatur. ita habet iuri conformior & usu recepta, quam tenent Salicet. in *L. sanctimus. c. b. t.*  
*num. 3.* Covar. Mantic. *LL. cit. Harpr. ad §. 2.*  
*Inst. quib. mod. ex eartatione,* quod, ut prius testamento per posterius revocetur & rumpatur, plus non requiritur, quām ut posterius iure seu ritè & legitime factum, hoc est, adhibitus omnibus solennitatibus à jure requisitis ad tale testamento, quale est etiam testamentum ad pias causas vel tempore pestis factum.

7. Resp. Tertiò; ut igitur prius rumpatur per posterius, requiruntur sequentia. Primo, ut hoc sit iure perfectum, hoc est, tam ratione voluntatis, quam ratione solennitatis; ita ut, si testator totam suam voluntatem non declaraverit, vel libera voluntatem non habuerit in posteriore testamento confiando, prius per hoc nullatenus rumpatur; ita ut in ordine ad hanc riptionem neque clausula codicillaris, neque ulla iuri ratio hunc effectum supplicere possit. Gratian. *discept. forens.*  
*Tom. 4. c. 659. num. 8.* Lauterb. *l. c. §. 3.* Idem est, seu nullatenus rumpitur, si in secundo aliqua solennitate omisso ad illud requisita, qualiter quia dici non possunt solennitates ad testamento ad pias causas, militare ceteraque privilegiata testamenta requisita, et si careant solennitatibus ad alia requisita, dici quoque non poterunt in genere suo imper-

fecta, adeoque per illa non rumpi testamentum prius dicendum non est. Quamvis etiam quandoque prius conservetur posteriore ritè confecto, v.g. iure fideicommissi, si in posteriore prius expresse approbatum sit, vel clausulam fideicommissariam continet de hereditate heredibus scriptis in priore restituenda, tunc enim in secundo testamento scriptus haeres rebus sibi datis, aut deductâ quartâ contentus esse debet, pro quo Lauterb. *§. 24. citat. §.*  
*3. Inst. quib. mod. l. 29 ff. ad SC. Trebell.* Reviviscere quoque prius & sustineri jure prætorio ex aequitate, scriptisque in eo hereditibus concedi bonorum possessionem, si testator in favorem prioris cancellaverit posterius, ait Idem citata pro hoc *L. penult.*  
*§. 2. ff. de bonor. poss. sec. tab.* Fallit de cetero regula; quod per posterius imperfectum non rumpatur prius, in sequente casu: dum in priore perfecto instituti heredes, quia intestato succedere non poterant, & in secundo imperfecto (modo tale non filtratione voluntatis, sed solum ratione solennitatis, adhuc quinque testes) ij instituti, qui alias ab intestato successissent. tunc enim dispositio illa secundi testamento valet, & in eo heredes scripti, non quidem ex testamento, sed quasi ad intestati hominis successionem veniunt singulari Juris dispositione, non attenta in hoc casu firmitate testamenti, sed ex mutatione voluntatis propter affectum cognitorum præ extraneis. per *L. 21. §. 1. c. de testam.* de Lugo. *l. c. num. 57.* Lauterb. *l. c. §. 23.* Struv. *inf. de injus. rup. th. 41.* Muller *ibid.* cum citatis à se Barry. *de success. l. 1. tit. 2. num. 11.* Thesau. *L. 1. q. 56.* item Clarus. *l. c. q. 7. num. 1.* qui tamen num. 2. cum Bald. & Alex. addit, id non procedere, si in secundo testamento aliquis ex filiis testatoris sit præteritus. Quin & de Lugo. *l. c. cum Molin.* ait, hæc omnia procedere in foro externo, in foro vero interno juxta probabilem ultimam voluntatem testatoris etiam absque dicta solennitate validam esse ei que standum, quandocunque de ea constat.

8. Secundò requiritur, ut mutatio voluntatis non fiat ex errore de morte heredis instituti in priore testamento. Si enim testator ex incerto rumore audivisset illum mortuum, ideoque mutaverit voluntatem: hac causa non subsistente, non valebit secundum testamento; cum causa finalis falsa vitiet actionem per *§. 1. Inst. de legat.* atque ita haeres in priore institutus, si adhuc vivat, potest petere hereditatem per *L. n. 1. de hered. inf.* ita Gomes. *Tom. 1. var.*  
*resol. c. 5. num. 24.* Valsq. *de success. resol. §. 20. n.*  
*14.* Barry. *de success. L. 10. tit. 1. n. 13.* Struv. *l. c.*  
*th. 40. lit. a.* Muller. *ibid.*

*Quæst. 756. An & qualiter rumpatur*  
*testamentum per petitionem & rece-*  
*ptionem illius à judice vel ex actis*  
*penes quæ depositum?*

R Esp. Cum probabiliore, quam cum Berlich. *p. 3.*  
*concl. 4. num. 46. & seq.* tenet Muller. *l. c. th. 42.*  
*lit. y.* item Lauterb. *§. 15.* cum Befold. *vol. 4. cons. 1.* Carpz. *p. 3. c. 3. d. 30.* testamento tale judiciale à testatore ex actis vel ex iudicio receptum, si integrum & salvum apud testatorem inveniatur, valet, & per hujusmodi receptionem revocatum non est; cum nullib[us] in Jure ad hujus testamenti valorem requiratur, ut illud in iudicio deponatur, aut ibi depositum relinquatur. quin &, si testator illud annulandi animo receperisset, quamdiu id non probatur, presumendum pro illius valore; cum temper in

Yyy 3

dubio

dubio protestamento, & non contra illud præsumendum & judicandum, ut Zafius. vol. I. concl. 12. n<sup>m</sup>. 33. qua præsumptio adhuc videtur subsistere, et si probaretur vel constaret ex animo annullandi illud ab illo receptum, si integrum post mortem illius reperiatur, nullo alio testamento supposito; quia recte præsumitur istum animum iterum mutatum; cum fortior sit præsumptio ex testamento integro ad mortem usque asservato desumpta, quam voluntatis prima mutata. ut Muller. l. c. si vero tempore mortis reperiatur incisum vel cancellatum, præsumitur mutatum, non ex dicta receptione, sed ex dicta incisione. Nihilominus tamen etiam haeres ab intestato in casu integrè reperi testamenti, volens mutationem voluntatis probare audiendus Lauterb. l. c.

*Quæst. 757. An & qualiter testamentum factum ante ingressum religionis per illum ingressum rumpatur?*

R<sup>E</sup>sp. testamentum ante ingressum religionis sive intuitu religionis ingredienda sive nihil de ea ingredienda cogitando: vel post ingressum quidem, sed ante professionem tempore noviciatus factum non rumpitur, neque per simplicem illum ingressum seu assumptionem habitus, neque per subsecutam professionem rumpitur, sed validum perseverat. quin & , ut Clarus per talen professionem. ires assumit non aliter ac si proficiens naturaliter mortuus fuisset. Et ita quidem, ut, si testator professus in religione omnis dominii etiam in communi incapace, hæreditas statim transeat ad hæredes in testamento institutos; si vero in religione bonorum temporalium capace professus, ea interim seu monasterium (nisi ipsum institutum haeres) bonis illis frui possit usque ad mortem professi testatoris, & ea secutā transeat ad hæredes institutos. ita Abb. in c. presentia. de probat. num. 52. Covar. de testam. c. 2. num. 7. & seq. Zoës. cod. num. 15. Clar. l. c. & num. 5. Laym. l. 3. tr. 5. c. 2. num. 3. Sanch. de matrim. l. 6. d. 17. num. 29. Molin. d. 140. num. 4. quos citat & sequitur Reiffent. h. t. num. 364. cum communione contra quosdam apud eundem, quorum aliqui volunt, testamentum per professionem totaliter invalidari; alii, si illud factum tempore noviciatus, vel facta resolutione ingrediendi religionem, alii, valere in omni casu, modo monasterio titulo institutionis relinquatur legitima. Verum ratio in contrarium communis est, sive testator aliquid, sive nihil cogitaverit de religione ingredienda; sive aliquid, sive nihil reliquerit: nimurum, quod jura in omnibus his casibus relinquent testatori liberam facultatem testandi pro libertu juxta dicta supra, ubi quinam testari possint; hæc autem facultas frustranea foret, si in aliquo horum casuum per professionem rumpereur testamentum.

*Quæst. 758. An & qualiter testamentum rumpatur seu reddatur nullum cancellatione, deletione, incisione, laceratione simili modo.*

I<sup>R</sup>esp. si hæc siant in testamento condito in scriptis consulto ab ipso testatore vel ejus iussu, testamentum totum rumpitur, vel in parte, pro ut hæc contingunt in certa ejus parte, est communis omnium, & constat ex l. 1. & 2. ff. de his que in testam. delent. l. I. §. 8. ff. sitab. testam. juncta l. penult.

c. b. t. ubi specialiter de incisione lini vel signac- lorum eorumque ablatione, ratio horum est, quod pertales actiones sufficienter voluntas testatoris mutata significetur, in dubio vero, cancellationem factam in ipsa confectione, & ante consummationem, præsumi docet Farinac. in crimin. q. 153. num. 39. & alii apud Muller. l. c. lit. a. ac propterea non obest, de quo vide eandem lit. a. Est autem cancellatio in præsente nihil aliud, quam deducto calamo per medium scripturæ in modum crucis, si que transversis cancellatim inductis lineis facta deletio. Fagn. prax. crimin. p. 2. q. 153. num. 30. Calvin. in lexic. Jur. v. Cancellare. Inductio verò (qua etiam à Cujac. in L. pr. insine ff. que in testam. delent. & alii vocatur perducio) eti secundum Gl. ad l. 7. ff. de hered. peti. De Pasterib. de scriptur. privat. l. 1. q. princip. 6. du. 2. num. 2. & a. lii dicuntur, quæ absque cancellatione per medias literas calamo dicitur; idem quandoque tamen si gnificant inducere & perducere, quod cancellare per l. 2. ff. de his que in testam. delent. Cujac. ibi. dem. Idem est de deletione, eti delere propriè significet, maculis quibusdam, quas literas dicimus, superinductis scripturā corrumpere. Cujac. l. c. idem de circumductione, eti alias propriè circumducere hic significet, extra literas in circuitu chartæ lineas describere. de Pasterib. l. c. quin & omnes hos modos corrumpendiscripturas sub nomine cancellationis comprehendunt, habereque eundem effecum, tradunt Mascal. de prob. concl. 256. num. 3. de Pasterib. l. c. num. 3. Lauterb. de cancell. ib. 3. apud Muller. l. c. ib. 48. lit. b.

2. Dicitur primò: *in testamento condito in scriptis*: pro ut nimurum distinguuntur à testamento nuncupatorio redacto in scriptum. quamvis & in hoc, si testator sponte & consulto scripturam illam cancelleret, inducat &c, non possit non videri ideo animo fecisse, ne scriptura illa seu instrumentum & in eo descripta valeant & subsistant, ut tradunt Castrensi. ad L. ult. ff. de his que in testam. del. num. 4. Bachov. ad Trestl. vol. 2. d. 20. th. 7. lit. b. Mantic. de conject. ult. vol. 1. 12. c. 1. Vinn. ad §. 2. Ins. quib. mod. testam. insir. num. 3. & plures alii apud Muller. l. c. lit. y. Argil. l. 15. ff. de test. milit. & aliarum plurium LL. quas citat. ex ea etiam ratione; quod eti scriptura ad talis testamenti solennitates aut substantiam non pertineat, à fide tamen illius unicè pendeat ejus probatio; adeoque ex ejus corruptione facta à testatore sufficienter constet, quod is voluntatem suam ibi scriptam nolit amplius valere. Dissentiunt tamen aliqui, dum plus requirunt ad confirmationem illius, seu ad illationem mutata voluntatis, nimurum ut deleatur quoque in protocollo Notarii, ut Peckius de testam. conjug. l. I. c. 46. in fin. Panhus. de multat. ult. vol. 1. 20. num. 7. veletiam, ut tali cancellationi adsine septem testes, ut Coler. 2. decis. 259. num. 6. Brunem. ad l. 30. c. de testam. Aliam quoquè distinctionem adducit Clar. l. c. q. 93. dum ait: quod si fortè testator hujus testamenti exemplum à notario descriptum acciperet, illudque incideret vel cancellaret, se credere non sufficere hoc ad annullandum vel revocandum ipsum testamentum, pro ut idem tenere videtur de Lugo. l. c. num. 55. dum ait, quod si testator haberet duo exemplaria ejusdem testamenti, uno eorum consulto rupto ab illo, non censi & alterum revocatum, sed tanquam superfluum alterum abiecisse. si vero testator ipsum talis testamenti exemplum originale apud notarium existens cancellari faceret,

faceret, credit, illud per hoc prorsus annullandum & revocatum censendum testamentum, modò legitimè appareat cancellationem coram septem testibus factam iussu ipsiusmet testatoris.

3. Dicitur secundo: *consilium*. hoc est, facta voluntate testatoris. *l. 12. c. de testam.* licet plena ejusdem deliberatio seu consultatio non praecessisset, sed ita impetu aliove anni affectu quis voluntatem suam sciens & volens cancellaverit. Muller. *l. c. th. 50. lit. a.* si enim tabula testamentaria à muribus arrofæ, vel vetustate puræ facta, aliove causa fortuito cancellata, inducere &c. validum est & manet testamentum, modo in eo scripta legi adhuc possint per cit. *l. 1. §. 1. ff. de his que in testam. delent.* & *l. 30. c. de testam.* Lauterb. *l. c. §. 16.* si vero legi non possint, etiæ aliunde intelligi possint, aut etiam inconsulto deleta, invalidum erit, ut cum Ludvvel. *p. 1. c. 10. fol. 178.* Duaren. *ad tu. de in just. rupt. c. 5.* Reiffenst. *b. t. num. 748.* Sivero non constet, num hæc in consilium contigerint, in dubio distinguendum hac ratione: ut si tabula reperiantur apud testatorem ipsum, censetur cancellatio, deletio &c. facta consulto ab ipso testatore; cùm hæres ultima voluntatis seu testamenti diligissimi custodes non presumantur aliquid permisisse in eo fieri aut fecisse, quod non voluerint fieri. Arg. *l 7. §. fin.* Lauterb. *l. c. cum Stryckio aeratur. c. 2. num. 16.* addens, in hoc casu legitimos ab intestato succedere. si vero apud tertium dicto modo cancellatum reperiatur, cancellatio ab eo facta presumitur. DD. *ad l. 18. c. de testam.* Sed hæredes ab intestato hæreditatem petentes, & testamentum ruptum affirmantes probare debent, testamentum vel in eo cancellata voluntate infirmata esse, ita Lauterb. cum Brunem. *l. c.* Aliam quoque distinctionem adducit. Reiffenst. *l. c.* ita ut si delectio illa in ipsa factione testamenti ante ejus consummationem, dum ipse scribit illud, vel ab alio scribi curat, facta est consulto, substituendo aliud quid, valeat testamentum, si autem facta post testamentum consulto, infirmetur testamentum, non quidem ipso jure, sed ope exceptionis. ita ut ex hujusmodi dispositione cancellata actio quidem ipso jure competat; ea tamen vel à prætorie denegetur, vel ope exceptions (nimirus de dolo), quæ in eo casu datur adversus petentes aliquid ex cancellata dispositione. *l. 40. §. 10. de dolo male & met. excep.* Muller. *cit. th. 50. quæque cessat,* testatore post cancellationem testante, se etiam cancellata valere velle) elidatur. *l. 1. §. 3. ff. de his que in testam. delent. & ibi. Castrens. num. 3.* Cujac. *vers. post consummationem.* Harpr. *ad Clar. §. testamentum. q. 93.* Lauterb. *de cancell. th. 26.* Faber. *decad. 30. error. 7. in fin.* Ludvvel. & plures alii, quos citat & sequitur Muller. *l. c. th. 50. lit. a.* ubi etiam exicit consulto cancellata in testamento militis, qua etiam ipso jure infirmari dicit. *l. 1. c. de testam. milit. & Alex. in l. 3. c. de testam.* si vero inconsulto, peti possit, quod de- letum, modo aliunde possit intelligi.

4. Dicitur tertio: *ab ipso testatore vel ejus iussu:* perinde enim est in ordine ad infirmandum testamentum, sive testator; sive alius de ejus voluntate & iussu id fecerit. ubi autem constat, tertium id fecisse, non tamensatis constet, an is id fecerit iussu testatoris, probatio incumbit ei, qui mandato testatoris factum esse dicit; mandatum enim, quia quid facti est, non presumitur, sed probatione eget juxta *l. 1. c. de procur.* & *l. 2. ff. mandati;* & in casum deficientis probationis deferriri solet juramentum, vel si vehementis adiunt conjecturæ, Ju-

dex suadentibus circumstantiis, si gravitas rei sic suadeat, potest venire ad torturam. ita Lauterb. *l. c.* cum Carpz. *p. 3. c. 5. d. 28.* Bardil. *exercit. concl. 20.* item Muller. *cit. th. 50. lit. a.*

Dicitur quartio: *rumpitur totum vel ex parte:* si quidem testamento toto consulto cancellato, regulariter totum rumpitur, ita ut nec hæreditas, nec legata, nec fideicomissa exinde cum effectu peti possint. *l. 1. §. 3. de his que in testam. delent.* Muller. *l. c.* cùm aliis. Sed neque tunc juvat clausula codicillaris; cùm & ipsa talic cancellatione totali sit irrita. Idque etiamli, ut Idem, totum cancellatum adhuc legi possit juxta *l. 1. §. 1. de his que in testam.* Porro dum duo testamenta ejusdem tenoris inveniuntur, unum cancellatum totum, alterum non, hoc per illud non irritatur; cùm satis constet ex uno de voluntate testatoris. Muller. *l. c. th. 52.* videntur tamen ambo debere esse de eadem data. De cetero namque, dum duo reperiuntur testamenta contraria, posterius solum valet, etiæ de neutrius prioritate constet, neutrum valere, ait Clar. *5. testamentum. q. 100.* citatis aliis. Si cancellatio, etiæ non totalis, sed partialis seu in aliqua parte testamenti, contingat circa substantialia illius, v.g. delectant nomina testium, hereditunici, vel omnium, dum plures instituti; infringantur vel auferantur sigilla, totum testamentum nullum est. Struv. *Syntag. Jur. civil. exercit. 33.* Daut. *in l. 21. c. de testam. num. 17.* Lauterb. *l. c. §. 18.* Reiffenst. *b. t. 749.* Arg. *l. 1. §. 3. b. s. ff. stabul. testam. extab. & l. 3. c. c. b. r. & ibi Alex. num. 3.* per hujusmodi enim cancellationem consulto factam sufficienter presumitur testator mutasse totam voluntatem suam, ac voluisse intestato decedere. Muller. *l. c. th. 50. lit. a.* citatis aliis per *l. 1. §. 2. ff. unde liber.* Ubi vero cancellatio est particularis partis accidentalis, quæ ad solemnitates ejusque dispositionem non pertinet, pro ut est appositio marginalis sensum non invertens, nihil obest integrati testamenti per *l. 21. §. 1. ff. qui testam. fac. poss.* Lauterb. *l. c. §. 20.* citatis Carpz. *p. 3. c. 3. d. 5.* Trentac. *l. 1. tit. de fide instrum. resol. 11. num. 2.* & aliis. Ita etiam, si pluribus hæredibus institutis, unius vel alterius nomen deletum, non rumpitur testamentum, sed in suo robore quod ad ceteros manet; ita tamen, ut pars deleti acrebat ceteris non deletis. Muller. *ad ff. de his que in testam. th. 19. lit. e.* Carpz. *p. 3. c. 3. d. 3.* & aliis ab eo citatis. quin & legata nominativi tali, cuius solius nomen deletum, reliqua salva eidem manent, si testans illius tantum institutionem improbat voluit, ut in dubio presumitur, & ubi legata illa deleta non sunt. Lauterb. *§. 18.* Secus tamen, si unus tantum institutus hæres, ejus enim delecto nomine, totum testamentum corruat; uti & omnium nominibus deletis, dum plures instituti, & datur successio ab intestato. Castrens. *in l. 3. ff. de his que in testam.* Mantic. *de de coniect. ult. vol. l. 12. tit. 1. num. 31.* cum communii. Quid sitamen omnium hæredum nomina testator induxit, adscribens, se id fecisse, quia unum hæredem offensum habeat, tunc videndum ait Lauterb. *cit. §. 18.* an illius causâ totum testamentum infirmare voluerit, & tunc totum rumpi. an vero invitus alius, quam illum de se male meritum deleverit; & tunc id ceteris non nocere, etiam in dubio, quandiu scilicet de alia ejus voluntate non constat; cùm in re dubia sequi benignorem non minus iussius sit quam tutius juxta *l. 3. ff. de his que in testam.* An vero, dum omnium hæredum nomina consulto deleta seu cancellata quod ad institutionem

tionem, non inductis relictis illis legatis, hæc quoque invalida sint, controvrent AA. affirmativam tenentibus Cujacio & aliis *in cit. l. 3.* eò quòd, ut ibi, in valido testamento, invalida quoque sint legitata. Negativam Castrœns. *in eandem l. 3.* Brunem. *ad l. 30. c. b. t.* & aliis apud Reiffenst. *num. 751.* Arg. ejusdem *l. 3.* dum ibi deciditur, rupto propter hæredis deletionem testamento deberi adhuc legatum. Distinctionis aliquid addit Lauterb. *§. 19.* ita ut, si testator deleverit hæredes, quia indignos reputavit, ac ita hæreditas Fisco vindicetur, id legataris non oblit, sed iis ab eo legata præstanta. si verò deleverit, ut ab intestato decederet, ac ita hæredibus ab intestato venientibus debeatur, & iis deficientibus, Fisco, sustineri quoque legata non

deleta, et si clausula codicillaris, vi cuius alias sustineri solent, in testamento non adsit. Verum, ut vides, hæc distinctione non afficit legata; cum ea in utroque casu solvenda, sed successores, à quibus solvenda, Illud hic ab omnibus admittitur, quòd deletio solorum legatorum nihil obstat institutioni hæredum; ut nec deletio seu cancellatio unius legati legato alteri non delecto. per *l. 1. ff. de his quæ in meſt. dolent.* De cetero qualiter specialiter legata aliis præter cancellationem factis, puta relegate donatione, aliave titulo lucrative facta alienatione, ita etiam ut non reviviscat postmodum facta illius redemptione, vide apud de Lugo, *l. c. num. 60.* Molin. *d. 194.* Vafsq. *c. 8. de testam. §. 1. d. 6. num. 15. &c.*

## CAPUT VIII.

### *De apertione, publicatione, execuzione testamenti.*

*Quæſt. 759. Testamenti apertura quid & quotuplex?*

1. **R**esp. primò apertura hæc est actus, quo scriptura ultimam voluntatem continens, vel potius membrana, charta, seu tabula, in quibus ea exarata aperitur, resolutis ligaculis & obsignaculis, quibus eā clausa, aperiuntur, ut in iis contentorum qualitas & tenor inspicatur & cognoscatur; per qua posteriora verba indicatur finis apertoris, nimurum, ut dum frequentissima ex ipsi testamentariis tabulis oriuntur controversiae, quæ decidi & judicari non possunt, nisi inspectis cognitisque earum verbis ab iis, quorum verisimiliter interest, qualiter hætabula confecta, an solennitatem servata, quis hæres institutus, quibus reliquum aliquid &c. notitia certa hauiatur. quamvis regulariter jure novo. *L. unic. §. 5. c. de caduc. toll.* (per quod mutatum est jus vetus, quo alias cautum erat, diem adeunda hæreditatis demum ab aperte tabulis testamenti cedere) ita aperto necessaria non sit, sed sufficiat constare hæredi de morte testatoris & conditione, seque institutum esse taliter vel taliter. Dicitur autem: *scriptura continens ultimam voluntatem:* quia vox testamenti hic sumitur in sensu latissimo, ut comprehendat etiam testamenta imperfecta, injusta, falsa, in summa omnem voluntatem ultimam. Lauterb. *inf. testam. quemad. aperian. infic. §. 2.* Muller. *ibid. tb. 41. lit. y.*

2. Relp. secundò: apertura alia est nuda & simplex, quæ fit sine omni solemnitate solius notitiae & cognitionis gratiâ: fierique solet coram aliquot viris honestis. Lauterb. *l. c.* Alias solennis, quæ est aperto testamenti privati coram judge competente, convocatis hæredibus & omnibus, quorum interest, etiam testibus, qui sigilla & subscriptiones suas recognoscant, facta.

*Quæſt. 760. A quibus fiat hæc apertio, quibus concedenda, & qualiter facienda?*

1. **R**esp. ad primum: perinde est, à quo aperiatur testamentum privatum factum, sive iis sit hæres, sive notarius, sive Judex; cum de hoc Ju-

ra in specie nihil statuerint, modo fiat debito modo, de quo paulo post. fitamen aliis est, quiteſtamentum suscepit, ab alio, quam ab eo apertura fieri nequit. Brunem. *ad l. 2. c. testam. quemad. Muller. ibid. tb. 42. lit. a.*

2. Relp. ad secundum: tametsi hæc apertura potissimum ad hæredem spectet, peti tamen etiam ab aliis & omnibus potest, quorum interest, et si hæredes non sint: omnibusque illis concedend facetas inspiciendi illud, legendi describendique. *L. 1. & 2. ff. testam. quemad. aper.* unde & testamentum, et si alias privatim à privatis, adhibitusque testibus privatim confectum sit, & non ratione authoritatis publicæ, dicitur instrumentum publicum. Lauterb. *cit. §. 2.* modo prius se calumniandi animo aperturam non desiderare juraverint, per *l. 3. c. cod.* Interdum tamen Prætor vel Judex totum inspici & describi non permittrit, puta, quòd ad partem quam testator aperiri prohibuit exprefse vel tacite. v.g. in qua pupillares tabulae sunt descriptæ. *cit. l. 3. & §. 3. Inf. de pupillaris subſt.* ubi hanc earum aperturam & lecturam prohibuisse videtur, modo eas testamentum ad actas specialiter & seorsim signaverit, licet superscriptum non sit, ne aperiuntur. quarum proinde aperturam & inspectionem Prætor non nisi causâ cognitâ permittit; cum hæc aperto sine justa causa scienda non sit ante mortem pupilli. Muller. *tb. 41. lit. e.* Lauterb. *l. c. §. 4.* uti etiam Magistratus non concedat aperiri tabulas illius, qui adhuc vivit, vel vivere existimat aut dubitatur. *l. 2. ff. testam. quemadmo. aper.* Muller. *loc. more citand.* Item partem, in qua ad alios ignominiam quid continetur; cum nullius interficit, partem, quæ ad alterius ignominiam spectat, inspicere. *cit. l. 3.* Lauterb. Muller. *LL. cit.* Item partem, quæ diem & consulem complebitur. *ead. l. 3. & l. 2. §. 6. ff. cod.* eò quòd cognito tempore, facile aliud astreretur testamentum, quasi idem esset cum vero. Lauterb. *l. c. §. 4.* non secus ac alia instrumenta, quorum editio ante item contestatam instructionis, non probationis causâ sine die & consule edi solent. *juxta l. 1. §. 1. de edendo.* Muller. *cit. tb. 41. lit. e.* Porro si inspiciendi copia negetur hæredi à possesso dictarum tabularum, negante se eas habere, aut oportere exhibere, hæres ad eas vindicandas uti potest rei vindicatione, & actione ad exhibendum experi-